



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

IV. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte
das Eigenthum von 6 Hufen und 3 Morgen in Claushagen, am 9. August
1285.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

III. Bischof Hermann von Cammin concedirt dem Kloster Marienpforte das Recht, in den Patronatskirchen zu Hefsenhagen, Grewiz, Clausshagen und Hardenbeck künftig Vicare zu setzen und zu Boizenburg die Opfer einzunehmen, am 25. Juni 1281.

Hermannus, dei gracia Camminensis ecclesie episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Cum omnis actio, que ratione innitur ac justicie titulis insignitur, perpetue validitudinis robore sit firmanda, ea tamen potissime, que deputata est usibus in sancte religionis proposito converfancium jehsu christo pontificali auctoritate rata ac rationalis esse debet et ad evitandam contradictionem in posterum, scriptis auctenticis confirmanda. Hinc est, quod dilecta in christo . . . abbatissa, totunque collegium sanctimonialium in boycenborch, in loco nostre dioecesis a nobis postulacione humili petiverunt, ut concederemus eis auctoritate nostra, ut quatuor subscriptarum villarum ecclesias scilicet heffenhagen, clauveshagen, crewiz, hartbeke, cum jus patronatus earundem ab illustribus principibus Johanne, conrado et ottone, marchionibus brandeburgenfibus, collatum habeant, post obitum plebanorum in predictis nunc ecclesiis residencium, possent officiare vel vicarios instituere in eisdem. Nos ergo considerata pia petitione predictarum sanctimonialium earundemque pensata inopia graui, quam pro dei amore sustinent, auctoritate a deo nobis concessa ipsis tenore presencium concedimus, ut post obitum plebanorum in eisdem ecclesiis residencium, memoratas possint officiare ecclesias vel vicarios, de voluntate tamen archidiaconi, ydoneos instituere in eisdem, volentes, ut vicariis ibidem instituendis tantum relinquunt de temporalibus, ut possint inde competenter, sicut expedit, sustentari. Ad hec concedimus prefatis sanctimonialibus, ut oblationes, quas ad ecclesiam sancte virginis in boycenborch in festivitibus ejusdem virginis seu in aliis temporibus anni devocio fidelium obtulerit, in usus cedant sanctimonialium earundem. Districte precipientes sub interminacione anathematis, ne quis dictum collegium iniuste impediatur vel inpetatur, in sepredictis ecclesiis et oblationibus memoratis. Datum anno domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, sequenti die post festum sancti Johannis baptiste, Pontificatus nostri XXVII^o, VII^o. kalendas Julij.

IV. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von 6 Hufen und 3 Morgen in Clausshagen, am 9. August 1285.

Otto et Conradus, dei gracia Marchionis Brandenburgensis, omnibus in perpetuum. Styli cavere solemus officio, ne ea, que a nobis geruntur racionabiliter aut gesta sunt, volubilitate temporum immutari valeant, aut eciam retractari. Ea propter cum manifesta recognitione ac protestacione ad universonum noticiam deducimus per presentes, quod conventui dilectarum nobis in christo sanctimonialium in boycenborch sex mansos et tria jugera in fine campi ville Claweshagen sitos prope stagnum, Tytzen dictum, funditus et illorum proprietatem cum univervis utilitatibus, videlicet lignis crescentibus et iacentibus, quemadmodum mensurati sunt, pro du-

centis talentis denariorum brandenburg. cum omni iuris integritate vendidimus perpetuis temporibus pacifice possidendos, ita quod eosdem manfos ultra mensuracionem eorum nunc factam in posterum non debeamus facere dimetiri, renunciantes simpliciter iuri nostro, quod hactenus habuimus in eisdem. Igitur, ut hec nostra vendicio, que rationabiliter per nos dinoscitur esse facta, a nobis et a nostris heredibus perpetuo maneat inconvulsa, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Testibus qui presentibus aderant subnotatis Friderico de Eckstede, Reinhero de Benz, Wenero de Swanenberge, Burchardo de Cocstede, Ottone de Ellinge, Ottone de Bellinge, Buffone de Bellinge, Johanne et Bertrammo, fratribus de Sparrenwalde, rosone de Bellin, Droysekino, Gerhardo de Bellinge, nostris militibus, et aliis quamplurimis fide dignis. Datum anno domini M^o. CC^o. LXXXV^o., in vigilia sancti laurencii martiris, per manum Bernardi, curie nostre notarii.

V. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen dem Kloster Marienpforte das Eigenthum von 2 Hufen und 2 Morgen in Clausshagen, am 15. August 1286.

Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Styli cavere solemus officio, ne ea, que a nobis geruntur rationabiliter aut gesta sunt, volubilitate temporis immutari valeant aut eciam retractari. Eapropter cum manifesta recognitione ac protestatione ad univesorum noticiam deducimus per presentes, quod conventui dilectarum nobis in Christo sanctimonialium in Boyeenborch duos manfos et duo jugera in fine campi Claweshagen sitos prope stagnum, Tytzen dictum, funditus et illorum proprietatem cum univervis utilitatibus, videlicet lignis crescentibus et iacentibus, quemadmodum manfurati sunt, pro sexaginta octo talentis denariorum brandenburgensium, cum omni iuris integritate vendidimus perpetuis temporibus pacifice possidendos, ita quod eosdem manfos ultra mensuracionem eorum nunc factam, in posterum non debeamus facere dimetiri, renunciantes simpliciter iuri nostro, quod hactenus habuimus in eisdem. Igitur ut hec nostra vendicio, que rationabiliter per nos dinoscitur esse facta, a nobis et a nostris heredibus perpetuo maneat in convulsa, presentes litteras in evidens testimonium desuper conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri, testibus qui presentibus aderant subnotatis, ut Friderico de Eckstede, Reinhero de Benz, Wenero de Swanenberge, Burcardo de Cocstede, Ottone de Ellinge, Johanne et Bertrammo, fratribus de Sparrenwolde, Rosone de Bellin, Droysekino, Gerhardo de Ellinge, militibus, Johanne de Blumenow, Advocato nostro, Henrico, Venatore, Ernesto de Kolene, Voffhardo, Hennekino de Arnim et aliis quam plurimis fide dignis. Datum anno Domini MCCLXXXVI, in die beati Arnulphi Episcopi et confessoris, per manum Bernardi, nostre curie Notarii.